

ad dalmaticam & subtile eisdem monachis. que omnia nulli eciam abbatum uendere liceat. sed sint ad decorem & ornatum ecclesie & ministrorum eius in meorum remissionem peccatorum. Preterea memorate abbacie confert predilecta vxor mea. C. vnum calicem de bonis suis propriis. sibi & mihi in remissionem peccaminum in presenti & ad augmentum glorie in futuro. Heredibus autem nostris notifico per presentes quod pro debitis quibus obligatus fui thydrico ruffo. solui curiam in arusia cristine uxoris mee predilecte. Rogans eos firmiter consulendo Quatinus omnia que inter me & eam stabilita sunt sibi in restauracionem pro prenominata curia firmiter obseruentur. Alioquin ipsa quod suum est ab ipsis repetens. eos ad solucionem predictorum obligat debitorum. Vt igitur presens scriptum uigorem optineat firmitatis. & seriem representet ueritatis illud feci sigillo meo proprio firmiter roborarj. Datum anno dominj M°.CC°.LXX°. XIII°. Kal. junij.

Sigillet skadadt.

545.

1270 d. 26 Jun.

Husby Trögd.

Biskoparnas i Strengnäs, Westerås och Åbo Aflatsbref för Upsala Dom-kyrka.

A. 3. a. 2: 9.

Vniuersis christi fidelibus quibus presens littera innotuerit. F. strenge-
nensis. K. arosiensis. & K. abonensis Episcopi. salutem in omnium saluatore.
Quoniam ut ait apostolus. &c. *lika med N:o 275 till* Cupientes igitur ut mater
nostra vpsalensis ecclesia congruis fidelium deuocionibus frequentetur omni-
bus penitentibus & contritis. ibidem in festo beati laurencii aduenientibus qui-
libet nostrum. XL:a dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus.
Datum husaby trøg. Anno domini. M°.CC°.LXX°. In die beatorum johannis
& pauli.

Sigillen: N:o 1—3 skadade.

546.

1270 d. 22 Sept.

Söderköping.

Konung WALDEMARS Bref om Upsala Domkyrkas flytning.

A. 3. a. 1: 8.

In nomine patris & filii & spiritus sancti amen. Nos waldemarus
Dei gracia Rex sweorum Cum essemus apud sudercopiam constituti, euoca-
tis illic ad nos Maioribus ecclesiarum prelati ac nobilioribus regni princi-
pibus, tractatum diligentem habuimus super statu & promocione ecclesie vp-